



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

178. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

sibi usurpant auctoritatem. Quæ ignominiosa præsumptio fautoribus magis imputanda videtur quam feminis. Unde, quia divinæ leges, ut suprà monstratum est, hoc contradicunt, & humanæ nihilominus idipsum prohibent, ut feminæ nihil aliud prosequantur in publico quam suam causam. Ait enim Lex Theodo-

Interpret. l. 5.
Cod. Theod.
de cognitor.
& procurator. siana : *Nulla ratione feminæ amplius quam suas causas agendi habeant potestatem, nec aliquis causam à se neverint prosequendam.* Idcirco ex auctoritate canonica interdicimus ut nulla sanctimonialis virgo vel vidua conventus generales adeat, nisi à Principe fuerit evocata, aut ab Episcopo suo, nisi forte propria necessitatis ratio impulerit. & hoc ipsum cum licentia Episcopi sui.

Quando virgo veletur. *Ex Concilio Africano.*

Concil. Afric.
c. 93.
Lib. 1. Capi-
tular. c. 46.
Burchard. lib.
8. c. 18.
Decreta Gela-
sij c. 12.

C L X X V I I . Ut virgines non velentur ante vigesimum quintum annum ætatis, nisi forte necessitate periclitantis pudicitiae virginalis ; & , ut Gelasius Papa dicit , nisi in Epi- phania & in Albis paschalibus & in Apostolorum natalitiis non sunt consecrandæ , nisi causa mortis urgente.

Decreta Gela-
sij c. 13.
Lib. 1. Capi-
tular. c. 59.
Burchard. lib.
8. c. 36.
Concil. Tri-
bur. c. 24.
Burchard. lib.
8. c. 10.

De eadem re. *Gelasius.*

C L X X V I I I . Viduas autem velare Pon-
tificum nullus attentet.

Virgines quæ ante duodecim annos insciis mundiburdis suis sacrum velamen capiti suo imposuerint , & illi mundiburdi integrum annum & diem hoc tacendo consenserint , in-